Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift

deinde. Et germinabunt inquit inter herbas quasi salices. iuxta prae-
fluentes aquas. Iste dicet domino ego sum. et ille uocabit in nomine iacob.
et hic scribet manu sua domino. et in nomine domini israel assimilabit. Hoc ta
uerum est. ut assertione nostra non indigeat. immo ut nescari non liceat.
quia post effusum sancti benedictionis spiritum etiamsi qui pauci fuerant
germinauerunt quasi salices id est multiplicati sunt uelocitate. conuocando
atque euertendo omnis gentes. et iste atque iste pro modulo quisque suo. pro-
fessus est quid esset. aut quid posset. secundum gratiam quam pro uoluntate dis
tribuentis domini ac dei esse cepit. Igitur ut ille iacob siue israel carnaliter
duodecim filios. sic iste uerus iacob et uerus israel spiritalis intuitum suae
gentis duodecim genuit apostolos. Et ille de suis carnalibus. paruuli sunt
aut quos in donauit deus. et iste de suis spiritalibus ecce ego inquit et pue-
ri quos mihi dedit deus. XVII
Et ut istos regis filios et regni dei principes. quid ille iudaeus qui
regis eidem patrem et filium regis patrem futurus erat. Heu enim
ignorans illum rex elegit. quippe qui alio loco dicit. Ego scio quos
elegerim. Vt quid ergo tale elegit. et huic tali potestatem cum ceteris ta-
lem dedit. de si iam interrogassemus eum ipse respondit. Vt adim-
pleatur scriptura. qui manducat mecum leuabit contra me calcaneum
suum. Sed nunquid talem non elegisset. in hoc scriptura prediuisset.
immo in talem electurus fuisset. scriptura hoc non diuisset. Porro uerbo
electionis hic non absurde utimur. cum ipse dicat. Nonne ego uos duodecim
elegi. et unus ex uobis diabolus est. Quare igitur malum sciens uir bonus
admisit. Humanum ut puto ipse faceret. quod postmodum in parabo-
lis quas primas locutus est nobis esse faciendum docet. Cum enim parabo-
lam seminantis quam primam direxerat exposuisset. etiamsi hanc aliam
apposuit dicens. Simile factum est regnum celorum homini qui seminauit
bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines. uenit inimicus
eius et superseminauit zizania in medio tritici. et abiit. Et cetera. Humanum
patrisfamilias seminis boni seminator qui hec dicit. ne forte colligen-
tes zizania eradicentis simul. cum eis et triticum. sinite utraque crescere
usque ad messem. ipse est rex regni celorum. id est presentis ecclesie uel egrega-
tionis sororum. in quo bono semine zizania id est filiis regni filii inquam
quos diabolus sui seminauit usque ad messem id est usque ad consump-
tionem seculi permitti sunt. Illos tolerari iubet cum dicit. sinite utraque
crescere usque ad messem. cum sepissime eiusmodi efflorescant et subtumus